

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Selecta Anglicana, Sev Varia Exempla Styli Anglicani,
Nimirum Historici, Politici, Philosophici Ac Theologici**

Hassen, Martin

Vitembergae, MDCCXII.

VD18 11397861

Lectori Benevolo S.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and further information please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

LECTORI BENEVOLO

Intra alia, quae ad solidam eruditio-
nem adspiranti apprime necessaria
sunt, linguarum habenda est cogni-
tio. Quum enim sermo ac scriptu-
ra sint animi interpretes, nemo sane,
quid sentiat, cum eo potest communicare,
qui linguam, voci calamoue adhibendam,
ignorat. Non una autem eademque lin-
gua (Babyloniorum *κενοδόξων* culpa) genti-
bus cunctis remansit: sed singulæ fere di-
uersa utuntur. Et quamvis Latina, p[ro]fiscis
Romanis olim propria, singulari quasi Pri-
uilegio, communis eruditorum lingua et
iam nunc habeatur; aeque tamen ad intel-
ligendas res maximas, atque ad publicae
privatae quo vitae commercia, earum lin-
guarum notitia requiritur, quae vulgares
dicuntur aut exoticæ. (a) Quantum quidem
et ornamenti et emolumenti talis notitia i-
is afferat, qui apud exterias Nationes vivunt,
vel cum iis negotia tractant, optima rerum
magistra, experientia, docet. Quin non
pauci extiterunt Principes, qui peregrinas
callere linguas tam laudabile duxerunt, quam

A 2 utile.

(a) vid. GERARD. IO. VOSS. de Stud. Rat.
Part. I. p. 4. edit. Argent. 1709.

PRAEFATIO.

utile. (b) De usu autem, ad eruditos potissimum hinc redundantē, dignus est, qui audiatur, πολυμαθέσα[?] MORHOFIVS, ita dicens: Utilitatem peritiaē linguarum exticarum plurimam in quouis studiorum generē nemo temere negabit, nisi qui, tot libris egregitis orbem literatum in maximum sui detrimentum carere, aequo animo patietur, atque adeo simul culturam animi, magna suē parte hinc bauriendam, somnolenta nasutaque ignavia contemnet, etc, (c) Unde quidem patet, non homini tantum Politico reique literariae Studioſo linguarum notitiam prodeſſe, ſed Theologi quoque conatus iuvare. Id quod, praeter MORHOFI-
VM Noſtrum, (d) celeberrimus quoque

Eccle-

(b) Inprimis Maximilianus I. Imperat. qui cum Italia Italice, cum Gallis Gallice, cum Germanis Germanice, et cum doctis Latine loquenouit; nec non Elisabetha Regina, quae Graece et Hispanice mediocriter, Latine uero, Gallise et Italice ad miraculum docta, uno et eodem die tribus maximorum Regum Legatis, Lazine uni, alteri Gallice, tertio Italice responderē auditā est, vid. CARPZOV. de Leg. Reg. Cap. 10. Sect. 4. n. 22. et 24. (c) In Polybiſt. T. I. lib. 4. cap. 4. §. 1. p. 30. edit. Lubec. 1708. et, quanti sit linguarum peritia pretio ipsarum ſcientiarum penſandūm eſſe, et fama doctrinæ, ex FICHETI arcana Methodo allegat p. 464.

(d) cit. l.

Ecclesiae Reformatae Doctor, ANTON.
PERIZONIVS, afferuit, dum ita scripsit :
*agnosco istas linguas (exoticas) S. Theol. cul-
toribus utilissimas esse, cum propter admiran-
da praestantium Theologorum Scripta, tunc
propter elegantes et accuratas S. S. versiones,
quae in iis prodiere. Idecirco recte sibi No-
strates consulere fateor, qui, praeter modo
laudatas (Orientales) Herculeo plane labore
basice quoque peregrinas linguas discunt, ut
selectissima Opera Theologica, iis edita, ipse
legere, ac vernaculae horum populorum Scri-
pturae versiones consulere queant.* (e) Quae
quidem utilitas cuique istarum linguarum
tantam praebet commendationem, ut o-
pera omnino pretium fore, easdem omnes
addiscere, si vel fortunae hoc ferret ratio,
vel mentis humanae imbecillitas. Quum
autem suo se quisque metiri debeat mo-
dulo, paremque viribus laborem suscipe-
re, satis quoque habeat, si omnes non pos-
sit, saltem potiores linguas addiscere. In-
ter has prima merito habenda est Anglicana,
Genti, ut rebus omnibus abundantissimae,
ita praeclaris ingenii per quam foecundae,
propria. Habemus hic pariter in parti-
bus nostris laudatum supra MORHOFIVM,

A 3 dum

(e) in tract. de Rat. Stud. Theolog. cap. 5. p. 64. edit.

Dauentr. et cap. II. p. 188.

dum ait: Sunt extantque pene innumerā
ingeniosissimae Gentis (Anglicae) in omnibus
doctrinis scripta, prodeuntque quotidie tam
Latina quam vernacula lingua, plura. (f)
Quod quidem paulo prolixius effert Vir
Maximus, quando caeterarum linguarum
commendationi de praestantissima hac
lingua tale subiicit iudicium: Restat ad-
huc, inquit, ex Europaeis vulgaribus Lingua
Anglicana, quae tamen non propterea ulti-
mo, si dignitatem species et necessitatem, lo-
co ponenda est; imo potius, ob quam plurima
scripta Theologica, non Practicam minus quam
quae scientiam pariunt, et Ecclesiasticas an-
tiquitates mire illustrant, tum et Philoso-
phica, praesertim Physica, quorum maior eē
ibi, quam apud ullas alias gentes, copia, in
primis tenenda est. Ut nunc Historicos, Ci-
viles libros, et ingenii elegantioris foetus,
queis se mutuo certatim exercent Angli, ta-
ceam. (g) Unde quidem apparet, in omni
studio-

(f) c. l. Tom. I. Lib. I. cap. 18. §. 41. p. 223.

(g) c. l. Tom. I. lib. 4. §. 19. p. 48. Hinc ex ipsis
Anglis sine fastu dicere potuit D. VVALLIS in
Praef. Gram. Engl. Vix quicquam solidioris
doctrinæ esse, quod non sit nunc dierum in ipsa
lingua Engl. saltem mediocriter traditum, et
multa quidem quotidie Scripta prodire desidera-
tissima.

PRAEFATIO.

3

Studiorum genere non exiguam ab hac lingua utilitatem expectari posse; ut autem plenius eandem cognoscere liceat, singulatim, quaeso, de iis dispiciamus, quae vel ornamenti, vel incrementi, quicquam inde capere possunt.

Primo loco nobis occurrit POLITICA, tanto multis Disciplinis praestantior quanto in vita humana utilior. Ecquid vero huic largiri potest Lingua Anglicana? Optimam sane notitiam. Siue enim Heroum, toga fagoque insignium, exempla, siue rerum gerendarum consilia, siue humanorum eventuum specula desideret, haec omnia elegantissimis, quae hac lingua prodierunt, Scriptis exhibentur. Veniam dabis, L. B. ut eiusmodi Scriptorum Politico-Historicorum recensione supersedeamus, utpote quorum pleni sunt Catalogi, (b) plena officinae librariae, plena doctorum Musea. Cum autem librorum Politicorum lectioni iungenda quoque sit Virorum prudentum consuetudo, huncque in finem peregrinatio in terras exte-

A 4 ras

(b) In primis Catalog. Univers. qui prodiit Londini 1699. Vol. I. Tom. VIII. et Catal. Bibliothecae Gryphianaee Wratisl. Instar omnium autem sunt Arbenae Oxonienses s. The History of Oxford-Writers, edit. Lond. 1691. in 2. Vol. fol.

ras tempestive suscipienda, (i) Linguam Anglicanam nosse iis certe omnibus expedit, qui Gentem Britannicam, inter Europaeas fere florentissimam, adire voluerint. Cum hac enim sine linguae istius adminiculo rarior haberi potest conuersatio, quum in propriis terris vix ulla, quam vernacula, loqui amet. (l) Ut raseamus, laudatissimam hanc Gentem in lingua Anglicana multo facilius, praesertim a Nostris, intelligi posse, quam in alia, v.g. Latina, ob pronuntiandi rationem isti, vernaculae nimirum, accommodatam.

Secundo loco ponenda venit PHILOPHIA. Huic pariter ex Scriptorum Anglicorum lectione mirum accedere incrementum, ignorare non potest, nisi qui tot Philosophorum lumina, ut *Vallisim*, *Avercromium*, *Leybournium*, *Nevetonem*, *Baylum*, *Lockium* e. s. (m) turpiter ignorat. Et ubi, quaeso, Philosophia Naturalis ma-

(i) vid. IO ANDR. BOS. *Dissertat. Isagog. de Compar. Prud. Civ.* §. 128. p. 60. edit. Jenens. 1699. (l) Quin exempla Anglorum, qui, plures linguis docti, ne quidem apud exterios alia, quam *Anglica*, uti voluerunt, adducit GVIL. CAMD. in the *Remaines concerning Britain*. p. 25. (m) quam plurimos videre licet in cit. supra *Athen. Oxoniens.*

iore unquam studio exulta fuit, quam in Regia Anglorum Societate? (n) An celebriores hac in parte Academiae reperiuntur iis, quae Oxoniae et Cantabrigiae florent? (o) Equis Europaeorum Principum sedulos artium indagatores benignius fovet, quam M. B. Reges, Quaeque glorioſſimum Sceptrum iam tenet, *Regina Augusta?* (p) Quare, qui egregiam utilioris Philosophiae notitiam sibi comparare studet, de mediis scripta Anglica cum fructu legendi ante omnia dispiciat, necesse est.

Tertio sequitur PHILOLOGIA. Per hanc vero non inane verborum scrutinum intelligimus, quo mulri ingeniosae subtilitatis admirationem sibi conciliare nuntuntur; re tamen vera laureolam in mustaceo quaerunt: (q) Sed Philologia nobis illa est doctrina, quae, mediante vocum ac

A 5 lo-

(n) Huius Societatis Historiam scripsit TH. SPRAAT *Anglus, de quo vid. MORHOF. in cit. Polyb. T. 2. lib. 2. cap. 1. §. 13. p. 140.* (o) vid. CHAMBERLAYNE in M. B. Norit. s. *the present State of Great-Britain P. 1. b. 3. ch. 12. p. 348-368.* (p) Hanc merita CHAMBERLAINE c. l. p. 70. appellat *The Darling of England and Delight of the best Part of Europe, i.e. M. Britanniae et melioris Europae Delicias.* (q) *Hoc grauiter no-*

loquendi scribendue modorum interpretatione, ad Historiae rerumq; optimarum cognitionem, nec non aliarum linguarum notitiam, adyta pandit. Hic utilitatis quoque plurimum Linguae Anglicanae scientiam praestare, iam demonstratum ibimus. Prodeat ex antiquis GELLIVS, vetustissimam hanc Numa Legem exhibens: PELLEX. AEDES. IVNONIS. NE. TAGITO. SI. TAGET. IVNONI. CRINIBOVIS. DEMISSIS. AGNVM. FOEMINAM. CAIDITO. (r) Unde, sodes, melior ⁷³ tage-re explicatio desumi potest, quam ex lingua Anglicana? In hac enim habetur Verbum *to take*, olim *tagg* scriptum, quod, aequae ac Gallorum *attaquer*, significat tangere, apprehendere. (s) Sic *Calendarium*, quod Plurarchus praepostere a Latinorum *clam* dedit, (t) a *Calendis* descendit, qua voce primum mensis diem Romani notabant, quaeque a verbo *calare* i. e. vocare,

pu-
ram BARCLAIVS in *Satyr.* p. 94. edit. Francof,
1678. et HVBERVS in *orat. de Pedantismo*, an-
nexa celeberr. DN. THOMASII *Introd. in Phi-*
los. aulic. (r) lib. 4. N. A. cap. 3. (s) Consentit hic
nobiscum Vir doctissimus, HENR. MVHLIVS P.
P. Kilon. in *Dissert. de Orig. lingu.* p. 139. edit.
Kilon. 1692. (t) *Gracca ius verba vid. apud*
MVHL. c. l. p. 80.

publicare, proclamare, (u) suam habet originem; hoc autem (praeter Graec. ναλέω) optime ex Lingua Anglicana explicari potest, utpote quae etiam nunc utitur verbo *to call*, quod significat vocare. Plura eiusmodi exempla ex antiquitate adducere possem, nisi Germani, eadem, qua ego, terra geniti, me iam interpellarent, sciscitantes, numquid lingua tantopere laudata suae tribuat Vernaculae. Quare, horum desiderio satisfacturus, ita respondeo: Tantum, si non maiorem, usum Lingua Anglicana in Germanica habet, quantum in Hebraea Arabica. Scilicet, uti haec multis vocabulis Hebraicis, sive rarioribus, sive origine obscurioribus, radices deperditas restituendo, similesue voces exhibendo, lucem affundit: (x) ita illa (An-

(u) Seilicet antequam Cn. FLAVIVS fastos publicaverat, Pontifex, celebratis pro felici noui mensis successu sacris, calataque s. vocata in capitol. plebe pronunciabat, quae festa mense instantे celebranda, et quot numero dies a Calendis ad Nonas supereffent, vid. MACROB. lib. 1. Saturnal. cap. 15. VOSS. lib. 2. de Origin. Idol. cap. 26. (x) Agnoscent hoc omnes literarum Arabiarum periti, uti ex nostris atibus PFEIFERVS in Crit. sacr. cap. 5. qu. 3. n. 3. p. 172. et cap. 10. §. 5. n. 1. p. 295. edit. Lips. 1702. ex peregrinis vero doctissimus Anglus, GUILIELM. BODVELLVS,

glicana) voces Germanicas, in Scriptis quidem occurrentes, in nostra autem Dia-lecto obsoletas, ingenue exponit. Quid enim (ut paucas saltem adducam) signifi-cet *Febd*, Anglorum indicat *feud*, inimici-tiam denotans ac odium. Unde *Febde-Brieff*, provocatorius ad duellum *syngraphus*, et *Urphede*, iuramentum a relegatis praestan-dum. Pariter *afterreden* compositum est ex Anglorum *after*, quod significat post, a tergo, ut adeo *afterreden*, sit a ter-go male de aliquo loqui; Et *after-Geburth* exacte respondet τῷ *after-birth*, quod se-cundinas significat. Porro titulus, qui No-bilibus, ruri degentibus, plerumque tribui solet, *Gestrenghen*, originem debet voci An-glicae *strength*, robur, potentia. In voce *Trunckenbold* terminatio *bold* in vernacula nostra exoleuit, in Anglica vero etiam nunc audacem denotat, unde hoc nomine (*Trun-ckenbold*) ille venit, quem alias strenu-

um

testa THOM. HAYNIO in *Praefat. ad Differt.*
de *Lingu. et variar. Linguar. cognit. exhibit.* a
CRENIO in *Analect. Philologico-Critic. edit.*
Amstelod. 1690. et ANTON. PERIZONIUS cit.
supra l. cap. 13. p. 288. sequ. ubi, praeter alia,
Nomina quoque, rebus productis initio Creatio-
vis a Deo imposta, ex Lingua Arabica expli-
catur.

um atque assiduum potatorem dixeris. Itidem se res habet cum voce *Blackhorn*, qua atramentarium significari, Anglorum *black* (niger) indicat; et *Griphals* nihil aliud, quam hominem rapacem, denotare potest, quum *to gripe* Anglis etiamnum sit rapere, unde quoque *gripe-money* pecuniae quasi corrasor componitur. Nolo hic, prolixitatem euitaturus, omnes illas voces recensere, quibus Megalander Noster LUTHERUS in sua Bibliorum Versione usus est, quaeque ipsius quidem aeo fuerunt usitatae, postea autem abolitae, adeoque ex aliis linguis, Anglicana potissimum ac Belgica, nunc exponi debent. (y) Unde quidem satis, opinor, constat, recte sentire doctissimum in Academia Iulia Professorem, ECCARDUM, quando, sine Linguae Anglicanae et Saxonicae antiquioris notitia nihil boni in Philologia Germanica

(y) Herum Catalogum serie Alphabetica exhibet D. BALTHAS. SCHEID. in Diatrib. Philolog. edit. Argentorat. et allegat. a CRENIO in Analect. supra cit. p. 71. Praefixa quoque sunt Bibliis Prettenianis, notante D. ZELTNERO in Dissertat. de novis Bibl. Version. German. non temere vulg. andis cap. 4. § 11. p. 104. Quasdam vero videre licet in BOEDICKERI Grundo-
Setzen der Teutschen Sprache §. 74. p. 166.

praestari posse, scribit. (z) At tantum abest, L. B. ut laudatae huius linguae utilitas his saltem Philologiae cancellis circumscribatur, ut potius ad ipsa disciplinae sanctioris penetralia sese diffundat. Superest igitur

Quarto et ultimo THEOLOGIA. Sed unde hic incipiam? ubi finiam? Tam latius enim dicendi campus sese offert, ut, si eum exhaudire deberem, vix aliquot scapi, nedum haec pagellae, linguae Anglicae laudes caperent. Quare saltem percurrendo ea decerpemus, quae studio, huic linguae impendendo, apprime digna videbuntur. Ex eorum autem numero pri-
mum occurrit Sacram Script. interpretandi Ratio, quam vocabulo Graeco *Herme- neuticam* dicimus. Huic quantum subsidi, praeter peritissimos, quos Britannia cultit, Criticos, (a) Anglicanae potissimum Versionis collatio afferat, non supra tantum citatus Reformatae Ecclesiae Doctor, (b)

sed

(z) in *Histor. Studii Etymolog. Linguae German.*
hactenus impensi, cap. 10 p. 89. seq. edit. Hammo-
uer, 1711. (a) Tales sunt e.g. LIGHTFOOT,
HVGO BROUGHTON, D. BURLEY, NIC.
FULLER, IOS. MEDE e.s. vid. CREN. in Praefat.
ad *Dissertat.* HAYNII cit. suprat. (b) PE-
RIZONIUS c. suprat. l.p. 64.

sed multi quoque ex Nostratibus ostenderunt. Satis habebimus, unicum adduxisse GOEZIVM, celeberrimum olim in Academia Salana Praesulem, qui, de versis, ad textus sacri Analysis conferendis, prolixè locutus, ita tandem concludit: *Anglicana autem multum ad nostrum institutum confert.* (c) Evidem Divus Noster LUTHERUS tam egregiam Bibliorum Versionem adornauit, ut, quamuis ipse, seu Vir non-errandi priuilegio, solis Prophetis et Apostolis conceesso, (d) carens, (e) saltem

quoad

(c) In Rhet. Eccles. P. 1. lib. I. cap. 1. §. II. p. 20. edit. Lips. 1700. (d) Hoc scilicet discriminem inter Dogmatis avdagas, eeu ipso Architectos ac fundatores Ecclesiae, et inter Theologos ordinarios sapientissimo Dei consilio constitutum est, prout scribit PERIZON. c. l. p. 143. (e) Agnouit hoc ipse Vir B. prout eius verba allegat D. MAYERUS in Hist. Vers. Germ. Bibl. B. Lutheri cap. 9. §. 3. p. 191. et §. 5. p. 194. Quo digitum intendit B. KORTHOLTUS, quando ait: *Wer wolte so vermessan sagen, dass Er, Lutherus, gleich als wenn er Christus und der H. Geist selbst ware, kein Wort wolte gefeblet haben?* Id. c. l. p. 102. Sic PFEIFER. cit. Crit. p. 241. ait: *Versionem Lutheri maximi aestimamus; at impeccabilem negamus.* Et paulo post: *Adeoque modeste corrigenda est.* Quare iam citatus laudamus quaeasteroquin PERIZONIUS inique nobis-

quoad Hermeneutica, non Dogmatica,
 (f) humani quid subinde passus fuerit, (g)
 illa tamen (Versio) inter praestantissimas
 translationes, quin inter singularia DEI
 beneficia, Ecclesiae concessa, habenda sit.
 (b) Nihilominus autem, quum illa non so-

lum
 cum agit, quando c. l. p. 158. dicit: Dolendum
 est, quod Ecclesiae Germanicae Versioni Lu-
 theri [quae, ut molissime dicam, et ipsi Luthe-
 rani, qui candide iudicant, non plane diffi-
 cultur, naeuis et erroribus plurimis scatet] nescio
 qua indigna seruitutis specie, misere adstrictae
 sunt. Impudentissima vero calumnia est HOSII
 aliorumque Papicolarum, qui LUTHERUM e-
 iusque Scripta, cœn Idolum Islebiense, a nobis a-
 dorari, blaterant. Verissimum contra est, istos,
 ex Tridentinorum Patrum Decreto et Romanae
 Ecclesiae Doctorum fere omnium praxi, Versio-
 nem Vulgatam pro Autentica babere, v. D.
 MAYER. c. l. et CALOV. in Critico sacro Dia-
 trib. 9. p. 269. edit. Vitemb. 1673. (f) Scilicet
 sensus, quem Lutherus reddidit, verus est, b.e.
 orthodoxus semper, v. B. DANHAVER. Hera-
 meneut. Sacr. et MICHAEL. BERINGER. in
 der Rettung der Dolmetschung Lutheri, alleg.
 a MAYER. c. l. p. 112. conf. D. ZELTNER. c. l.
 p. 97. (g) D. MAYERUS et ZELTNERUS cc.
 ll. (h) Ita Summi statuerunt Theologi e. g. CA-
 LOVIUS in iudicio de Version. Nov. Bibl. Helma-
 sia. exhibit. a ZELTNERO cit. l. FRANZIVS
 in Praefat. Interpret. S.S. p. 21. GERHARDVS

lum quoad paucos, qui irreperunt, naevos modeste ac circumspecte, ope scil. textus originalis, corrigi possit, (i) sed cum aliis quoque versionibus tuto conferri, Anglicana certe, uti iam diximus, primas hic obtinet, utpote quae aliquoties correcta fontibusque conformata prodiit. (l) Documentum dabunt vel pauca, quae adducemus, loca. Ubi vox Hebr. ככウ in Versionibus plerisque per gloriam, non per linguam reddita est, e. g. in Ps. XVI. 9. (ubi tamen apud LXX. vox γλoryα est, quae

B etiam

in Exegesi Loc. de SS. aliique plures, quos recenset D. MAYER. c. l. p. 74. seq. conf. VVAGENSEIL. Synops. Hist. Univers. P. III. vol. 4. et JACOB. le LONG Biblioth. Saer. Part. 2. cap. 9. Sect. 3. p. 204. edit. Lips. 1709. ex nova recensione eruditissimi Viri D. CHRIST. FRID. BOERNERI. (i) Sic cum optimis Theologis, GERHARDO, FRANZIO, SCHMIDIO, TARNOVIO, VVALTHERO et plur. statuunt PFEIFERVS, ZELTNERVS et MAYERVS cc. ll. (l) D. ZELTNER. c. l. p. 104. Quales autem Versiones Anglicae profent, vid. ap. PFEIFER. in cit. Crit. p. 336. et HOTTINGER. in Bibliothecar. quadripartit. lib. 1. cap. 3. p. 143. et de Not. Exeget. in eas cap. 5. p. 108. edit. Tigurin. 1664. Omnim autem prolixissime eas recenser IAC. le LONG cit. i. p. 392. et 361.

etiam Act. II. 26. ubi hoc Davidis de Christo vaticinium iisdem verbis allegatur, extat) Psalm. XXX. 13 Psalm. LVII. 9. Ps. CVIII. 1. etc. meliores Anglicae Versiones linguam habent, sicut hanc expositionem B. noster LVTHERVS (quamvis eandem vocem כבוד per gloriam verterit) in suis ad dicta loca scholiis annotauit. Porro in dicto illo Paulino ad Philipp. I. 23. verbum αὐτοῦ a multis iisque egregiis interpretibus, quin ipsis Belgis (quorum versio caeteroquin multis aliis praeferri(m) solet) per dissolutioni redditum est; (n) Anglicana autem versio et nostra illud per emigrare(o) recte interpretantur. Pariter in II. Timoth. IV. 6. vox αὐτοῦ iterum a Belgis per dissolutionem, (p) ab Anglis autem et Nostratisbus per discessum (q) recte exponitur, quamuis alii redditum malint. (r) Sic in

(m) Ipse scil. PFEIFERUS c. I. p. 337. eandem ex Decreto Synodi Dordracenae a multis doctissimis viris ex ipso textu originali factam esse, scribit.

(n) Verba ita sonant: hebbende begeerte om ontbondente worden. (o) Anglicā habet: having a desire to depart; Noſtra: Ich habe Lust abzuscheiden. (p) Ita scilicet: de tydt meiner ontbindinge is aenstaende. (q) Anglice: the time of my departure is at hand; Germ. Die Zeit meines Abscheidens ist verhanden. (r) uiri PERIZON.

in Paulina adhortatione ad Philipp. II, 5.
 ἔτερο γαρ Φρονεῖσθω εὐ ψυχὴ ὁ ἡγέτης ἐν Χειρὶ,
 Anglica versio et nostra emphasis vocis
 Φρονεῖσθω significantissime expresserunt per
 phrasim : *eadem nobis mens sit, quae etc.*
 (s) Unicum adhuc liceat addere ex dicto ad
 Coloss. IV, 6. ὁ λόγος μὲν πάλιος εὐ χειρὶ,
 ubi phrasim εὐ χειρὶ optimam interpretationem
 apud Anglos aequa ac Nostrates
 sortita est. (t) Hermenevicam excipiat
Homiletica seu concionandi methodus spe-
ciam hinc accepta, qua nimurum orator
Ecclesiasticus textum sacrum, cuius sen-
sum genuinum debito modo explicavit,
ad usum accommodat, eoque ipso propo-
situm sibi finem consequi studet. Hoc
quanto potior concionum sacrarum pars
habetur, (u) tanto maiorem sane curam

B.2

at-
 e. I. p. 171. ubi multa Paralela allegar loca. (s)
 Anglica dicit : Let this mind be in you, vvhō
 wvas. Germanica : Ein jeglicher sey gesianet,
 wie etc. (t) LUTHERUS nimurum verrit : lieb-
 lich : Anglus vero : with grace, seu graceful,
 prout in Paraphrase habetur, quae hoc titule
 prodit : A Paraphrase and Annotations upon
 St. Pauls Epistles, done by several eminent men at
 Oxford, corrected and improved by the late R.
 Reverend and Learned Bishop FELL. Lond. 1702.
 (u) sic laudatus supra GOETZIUS in Rber. Es-

atque operam postulat. Quantum vero hic pariter oratores Angli excellant, ex Nostratis Vir in his quondam studiis ver-satissimus (*x*) tam egregio tamque proli-xo demonstravit opere, ut, si eundem la-borem in nos suscipere vellemus, actum acturi videremur. Ne tamen rem com-mendatione dignissimam plane intactam relinquamus, eorum saltem, quae huc fa-ciunt, *αναρχαίωσιν* quandam exhibere liceat. Magnus Hippomensium Praesul, AUGUSTINUS, oratoris officium propo-siturus, ait: *Oportet eloquentem Ecclesiasti-cum, quando aliquid suadet, quod agendum est, non solum docere, ut instruat, et dele-clare, ut teneat, verum etiam flectere, ut vincat.* (*y*) En requisita omnia tribus ver-bis expressa! Debet bonus concionator eo primam dirigere curam, ut auditores, quid credendum quidve faciendum sit, perspi-cue

cles. p. 1. lib. 2. sect. 2. artic. 5. p. 159. dicit: Pars haec (Porismatica) primatum tenet in regno Homiletico etc. Ipsa quippe, nulla alia interve-niente, concionis perfectionem absolvit, auditoris animum flectit etc. (*x*) B. HOFFMANNUS, Friburg. Superint. im Englischen Kirchen-Red-ner, edit. Lips. 1706. (*y*) in lib. 4. de doctrin. Christ. cap. 13. et ep. 119. ad Januar.

cue solideque doceat. Hic admirationem
rursus et imitationem merentur Doctores
Anglici, dum ad probanda, quae tradunt,
dogmata ac instituta tam firmis utuntur
argumentis, ut in audientium animis af-
fensionem certissimam obtineant. Et quam-
vis quaedam doctrinae capita a fide nostra
diversa habeant; ea tamen, praeterquam,
quod rarius proponi soleant, a Nostratisbus,
sincerioris doctrinae gnaris, facile discer-
ni possunt. Secundum, quod laudatus
Praeful in Rhetore Ecclesiastico requirit,
delectandi studium est, ad mentes auscul-
tantium firmiter tenendas. Ecquid au-
tem orator Anglicus, hunc quoque finem
consecuturus, adhibet? Non sane floscu-
los, hinc inde operose conquisitos, nec u-
sitata vanis declamatoribus schemata, nec
fluxa verborum lenocinia, aut quicquid
ambitiosa facundia, ad demulcendas au-
res, non animos capiendos, proferre va-
let (z) Contra naturali sermonis concin-

B 3 nitati

(z) Agnovit hoc ex ipsis Anglis celeberrimus qui-
dam MEDICUS in tractat: a discourse concer-
ning the certainty of a future and immor-
tal state in some Moral, Physiological and Religi-
ous considerations. Lond. 1706. prout alleg. Act.
Erudit. Lips. Mens. April. 1707.

nitari studet, res elegantissimo interseru-
xu iungit, et quod pulcherrimum est, ea-
rum imagines tam vivas repraesentat, ut
auditorum oculos mentesque statim sube-
ant. Afferit hunc in finem similitudines
ex natura petitas; utitur allegoriis, signi-
ficanter adhibitis; proponit exempla insti-
tuto accommodata. Quae concionandi
ratio cum non optimis tantum Theolo-
gis probetur, (a) sed ipsi quoque Salva-
tori nostro, Doctorum sapientissimo,
placuerit, (b) quis, quaelo, eandem reii-
ciendam, et non potius imitandam, cen-
seret? Tertio et ultimo venerandus Pater

orato-

- a) B. GERHARDO in *Method. Stud. Theol. sect.*
4. lib. 2. p. 228. QVNSTED. in *Ethic. Pasto-*
ral. Monit. 101. p. 612. GLASS. *lib. 2. Philolog.*
Sacr. P t. tr. 2. sect. 3. artic. 3. p. 292. edit. Jen.
1668. PFEIFER. in *Praefat. Isagog. ad D.*
STEGMANN. Chrysognos. MULLER. in *Prae-*
fat. super Evangel. Schluss-Kette, ubi causam
allegat, cur ipse eiusmodi iudicetur a saepius ad-
bibuerit. (b) *Christum et Apostolos allegoriis et*
Parabolis in suis concionibus cum commodo et
applausu auditorum usus esse dicit PFEIFER, in
e. Praef. ubi simul ex Chrysostomo allegat, Chri-
stum hoc fecisse, [1] ut significantius loqueretur
et res magis ob oculos poneret, [2] ut iucunda
effet narratio.

oratorem suum *stetere* iubet, ut vineat. Unicum est verbum, sed rem maximi momenti, affectus excitandi vim, comprehensio-
dens. Perspectum hoc fuisse laudato supra GOEZIO, haec ipsius verba indicant:
Tantum quidem in affectibus momentum est,
ut *iis res Homiletica propemodum niti, atque Rhetorica Ecclesiastica ab Exegetica Theologica secerni debere videatur.* (c) Eadem
fere sententia fuit celeberrimi olim in no-
stra Leucorea Theologi, QVENSTEDII,
qui ita scribit: *Affectus sunt tanquam fu-*
niculi, quibus ad diversa, quamquam libere,
tamen valide, trahimur; sunt igniculi, quibus
inflammamur; nervi, qui extenduntur et
contrabuntur; venti, quibus animus, ut ma-
re, agitatur etc. Hinc patet, maximum or-
ratoris Ecclesiastici studium in hoc esse collo-
candum. (d) Rationem huius ex CARO-
LO REGIO addit: *Nam cum eo pervene-*
rit oratio, ut auditor sit commotus, iam
prope suum finem consecuta videtur. (e) An
vero hac quoque in parte orator Anglicus
eximii quid praefert, vix ullus dubita-
bit, qui vel talem audivit unquam, vel

B 4

fal-

(c) *in cit. Rhet. Eccles p. 61.* (d) *in Ethica Pasto-*
rali, Monit. 78. p. 483. (e) *in Orator. Christian.*
Lib. 7. Cap. 1.

salem scripta, hanc in rem composita, legit. Quare haud necessarium ducimus, plures hic sistere testes, quam duos, aliquoties iam adductos, Viros, *vuu ἐν αὐτοῖς*, HOFFMANNUM et GOEZIUM, quorum ille quidem plurima hanc in rem exempla concessit; (f) hic autem sacro, quem sibi instruendum sumpsit, oratori, doctrina priore imbuto, Scriptores Anglicos, ceu hac in parte praecipuos, de meliore nota commendat. (g) Quaevis, L.B. quinam sint affectus, quos concitare debet Ecclesiastes? Respondeo cum laudatissimo Theologo: (h) Hi potissimum sunt: (1) Odium peccati evitiorum. (2) Amor Dei, Christi, proximi, Pietatis et Virtutum. (3) Fiducia in Deum, spes et desiderium. En aliud Trinum! Pergis? Unde vero subsidia in negotio tam arduo haberi possunt? Ex Theologia, puto, Morali, quaeque huius pars est, Ascetica. (i)

Hacc

(f) in cit. Englishen Kirchen-Redner. (g) c. supra h. et in Colleg. Homil. MSC. Sect. I. cap. I. §. 5. de imitat. et person. imitand. (h) QVENTSTEDIO c. l. p. 484. (i) Scilicet per Theolog. Ascet. non eam intelligimus, quae circa exercitia pietatis, cum rigido sanctimoniae cultu, opinione perfectionis, variisque ἐθελοθεωρίαις contundita, occupatur, quamque D. NEVMANN.

Haec enim, quicquid ad excitandum DEI amorem adhiberi potest, in primis suppeditat. Unde omnia, quae modocunque ad verae pietatis studium requiruntur, certissime dimanant. Veram hic nomino Pietatem, non falsam ejus imaginem, quae, proh dolor! luctuosissimo, in quod incidi mus, aevo Christianorum plurimos ita decipit, ut, dummodo cerebrinam fidei notitiam habeant, receptisque in Ecclesia institutis mores externos vel tantillum conforment, de vero DEI proximique amore, ubivis probando, parum solliciti vivant. Quanto magis igitur vera Pietas in hominum animis friget, tanto potius eandem excitandi studium caeteris haberi debet.

B 5

Au-

in Theolog. Aphorist. de Praecognit. Theolog. aph. 38. p. 57. reicit; (an primi Ascetae fuerint Monachi, vid. B. BECHMANN. in Annotat. ad Olear. Tab. I. de Theol. Moral. fruct. et append. §. i. p. 8. seq. edit. Francof. et Lipsi. 1704.) sed talem, quae in vero pietatis studio constituit ac Theol. Moral. pars est, quamque adeo minime culpandam esse docet DN. LOESCHERUS, Dresdenis ille Theologus, uti op̄odoξόντως, ita moderatissimus, in Colleg. MSC. de Theolog. Moral. append. secund. Conf. celeberrimus inque fraarem nostrum beneficentissimus DN. BUDDEUS in Theol. Moral. prolegom. §. 25. p. 21.

Audiamus, quaeſo, hac ſuper re ex ſince-
ris Eccleſiae noſtræ Doctoribus vel uni-
cum IOS. STEGMANNUM, (l) qui, dum,
ad restaurationam hoc ſeculo laſpam Pieta-
tem, ſuam ſe ſcripſiſſe *χειρογραφiαv* (ceu
Pietatis *Εικόνα*) proſitetur, notabile hoc iu-
diciuſ ſubiicit: *Quae olim annis ſequo-
ribus putarem eſſe theſauros in Theologia
Theoretica et Polemica, nunc vix ſtercora ar-
bitror, et tantum remoras vitæ piae studio-
rumque neceſſariorum agnoſto.* Contra ve-
ro de Præctica et Experimentali, ut ita lo-
quar, Christognoſia cum Neandro in Theolo-
gia Chriſtiana audacter exclamo: *Scientia
haec aperta eſt Paradisi porta; haec illano-
va facies ac aurea gloſſa Scripturae; haec
Magni Lutheri Theologia etc.* (m) Quum au-
tem oratores Anglicani, optimorum vi-
rorum iudicio, (n) in Ascertico hoc dicen-
di ſcribendi genere ita excellant, ut

non

(l) *Huic non vulgare dedit Elogium D. PFEIFER, in
Praefat. Ifagog. ad ejus Christognos. edit. Lips.
1689.* (m) *in Epift. Dedicat. cit. Christognos.* (n)
*uti MORHOF. c. ſupra l. p. 297. et 306. HOFF-
MANN. in cit. Orat. ſacro Anglic. HOTTIN-
GER. cit. ſupra Biblioth. cap. 3. p. 35. ubi mul-
tus eſt in laudibus Anglorum, conf. ej. Biblioth.
Theol. lib. 3. cap. 2. p. 395.*

non exteri (o) tantum, sed Nostrates
 (p) quoque eosdem imitatione dignos iu-
 dicent, quidni vel hac de causa linguae
 Anglicanae notitia ac scriptorum Anglic.
 lectio sanctioris disciplinae cultoribus (iu-
 dicandi scilicet discernendique vi pollent-
 ibus) perutilis habenda sit ac necessaria?
 Quod ut omni plane dubio caret; ita su-
 pervaeanum duco, linguae praestantissi-
 maе laudibus plura addere. Quare, quo
 minus *Lectori Benevolo* iam valedicam, ni-
 hil prohibet, nisi eorum, qui obiectiones
 quasdam proposituri adsunt, interpellatio.
 His ut aliquo modo satisfaciamus, de sin-
 gulis, quae nobis contraria videntur, quam
 brevissime dispicere liceat.

Primum est, quod Anglorum scripta
 non

(o) Gallos ac Belgas multa hac in parte ab An-
 glis mutuari, refert MORHOF. in cit. Polyb.
 Tom. I. Lib. 6. cap. 4. § 30. p. 306. (p) B. BECHM.
 in cit. annotat. ad Olear. Theol. Moral. Tab. 50.
 p. 358. et in Tract. de cognit. necessar. in praepar.
 futur. Eccles. Ministr. cap. 5. § 3. Venerandus Dn.
 BUDDEUS in cit. Theol. Moral. p. 21. in Not. et,
 quem magnacumpiata denuo nominamus, Dn.
 LOESCHERUS Praesul Dresd: in Coll. MSC.
 de Progymnasm. Oratori sacr. et prophan. in Pro-
 legom. §. 6.

Susp

non leves contineant errores dogmatis, adeoque vix omnibus commendari debent. Respondemus: Recte haec dicuntur. Neque enim nos (ut hactenus dicta indicant) omnia omnibus promiscue commendamus; sed ex optimorum, quos modo adduximus, Theologorum sententia statuimus, scripta Anglici non, nisi ab hominibus sanae doctrinæ gñaris, sine periculo legi atque usurpari posse. At propter errores, quibus parata medela est, ea in universum damnare velle planeque reiicere, iniquum foret, quin valde absurdum. Num aurum, cui scorea adhaeret, proiicimus? An gemmam, a manu impuriore porrectam, recusamus? Triticumne ob admixtam paleam in simum spargimus? Neutiquam sane. Constat igitur scriptoribus Anglicis sua utilitas, quamvis omni errore haud careant. Sed quid opus est, inquiunt, ipsam Anglorum lingua addiscere, cum tot eorum scripta, Germanice versa, prostent?

Haec secunda est obiectio, ad quam vel τολυθεύλην illud regerere liceat, quo B. GLASSIUS aureum Philologiae sacrae opus incipit: Dulciss (addo et purius) ex ipso fonte bibuntur aquae. Scilicet, praeterquam quod

quod eiusmodi scriptorum maxima adhuc pars in Anglico tantum idiomate supersit, (q) prodeantque quotidie plura, multae sane versiones aut textui originali repugnant, aut stylo suo contorto autorem produnt, in utraque lingua (Anglica et Germanica) hospitem. *Hic enim* (ut recte scribit laudatus noster MORHOFIUS) *non mediocris linguae cognitio sufficit, sed accuratissima, et ex usu ipsius gentis firmata.* (r) Hinc vero

Tertia nascitur obiectio de difficultate ad talem linguae cognitionem pervenendi, qualem libros Anglicanos sine haesitatione lecturi desiderare possint. Verum omnis haec difficultas mera nititur opinione, nescio unde concepta. Quippe laudatissima haec lingua cum vernacula nostra aequa ac Latina tantam habet cognitionem, (s) ut, vix limen eius

(q) *vid. cit. supra Catalog. nec non Athen. Oxoniens. ir. HOTTINGER. in Bibliothec. Anglor. contract. quae cominetur cap. 3. p. 34. seq. cit. Bibliothec. quadrip.* (r) *in cit. Polyb. Tom. I. lib. 1. cap. 9. §. 29. p. 92.* (s) *idem MORHOE. c. l. lib. 4. cap. 4. §. 19. p. 48. conf. D. VVALLISIUS in cit. supra Praefat. nec non DN. ECCARD. in cit. Histor. Stud. Etymolog. p. 89.*

ingressi, eandem maxima de parte, veluti reminiscensia quadam Platonica, nobis notam habere videamur. Quicquid autem vocum, sive ex lingua Hebraica, ceterum omnium matre, (t) sive Graeca, (u) sive etiam aliis, (x) illi admixtum est, id omne brevissimo tempore absque magno labore addisci potest. Cumque difficultates illae Grammaticae, quae alias linguarum studiosos diu torquere solent, maximis hic parte absint, tanto brevior addiscendis rudimentis labor impendi debet, quanto potior in linguarum studio usus ratio ha-

ben-

(e) Consentient hic HENRICUS KIPPINGIUS in *Dissertat. de ling. primaev. exhibit. à CRE-
NIO in cit. Anal. MUHLIUS in cit. supra Dis-
sertat. p. 59 POSTELLUS in Tract. de Origin.
cap. 5. et 6. PFEIFERUS in cit. Crit. p. 172. et
p. 295. CALOVIUS in cit. Crivie. Diatrib. 3.
p. 73. etc. Hinc merito ridetur GOROPIUS
BECANUS, quod antiquam linguam Teu-
tonicam in ipso Paradiſo usurpatam fuisse ope-
rosius, quam felicius, contendit, vid. CREN.
in Not. ad Dissert. HAYNII c. l. p. 37. MUH-
LIUS c. l. p. 27. et 30. (u) Probant hoc GVIL.
CAMD. in c. Remaines p. 28. et EDVV. PHILIPPS
in the Preface of the English Diction. calld:
the new World of words. (x) Idem se. u.*

benda est. Hic enim rursus cum Polyhistoro nostro sentimus , quod Grammatica in linguis institutio debeat esse brevissima , adeoque minus probazdi sint , qui multitudo regularum et exceptionum iuveniles animos onerant , cum res omnium absurdissima sit , ita linguas tractare , non ut lingua doceatur , sed ut Grammatici siant . (y) Quid , quod tales praceptorum Grammaticorum factores nihil aliud , quam carnificinam exercere , recte asserit doctissimus VOS SIUS ? (z)

Quae quidem causa est , cur SELECTA haec ANGLICANA non institutionem Grammaticam , aliquot foliis conscriptam , sed unicam duntaxat tabulam Etymologicam , eamque brevissimam , sibi annexam habeant . Scilicet , praeterquam quod linguae Anglicanae pracepta viva voce traditurus hanc tabulam fundamenti loco ponere , eique ubiorem , quanta quidem e re visa fuerit , expositionem superstruere posse , tot sane libri Grammatici hac quoque de lingua pro-

(y) MORHOF. c. l. Tom. I. lib. 2. cap. 9. §. 29. p. 454. (z) incit. supra tract. de Rat. Studior. Part. 2. p. 15.

prostant, ut ex iis facili negotio unum alterumve sibi comparare possint, qui non, nisi factis in atrio Prisciani tyrociniis, ipsa linguae cultissimae sacraria ingredi velint. Caeterum pauca, quae hic exhibentur, styli Anglicani exempla ita comparata sunt, ut, qui debitum in haurienda eorum cognitione laborem adhibuerit, is sine cortice natare facillimum sibi postea sit deprehensurus. Vale, L. B. et, si Anglicanost, Anglis fave, si minus, censura odiove ignorantiam prodere noli. Dabam e Museo Vitembergae Saxorum, properante inter alia studia calamo, Idibus Februar. A. AE. C. MDCCXII.

PRO-

D. mebis p. 3. AGRI. III

Anunt. ante f, k, m, half,
Psalms, item in could, should,

In aliquibus non pronun-
tiantur.

Cscurum, Doctor, office &c.
coal. Exc. broad, loath. *Oe* ut
at oey, coin. *Oo* ut uh, soon.

Labout. Exc. ut a in cough,
c. ut o in although, &c. ut u

Ploud &c. *Orv* ut au, bovv.

Ovvy, rovvard. *Oy* ut oey, coy.
muntiat, in Psalm. *Pb* ut f. in

{ l. of & from-Dat. to s. unto.
quædam irregularia.

a irregularia.

{ thee, him, her, us, you, them.
mine, thine, his, hers, ours,
(yours, theirs.

III. VER-